



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XXIV. De aduena plebe[m] ingrediente.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

fcharum in ecclesiam .: non introeat , donec pœnitentiam recipiat.

ANNO
CHRISTI
450.

XIX.

Mulier Christiana quæ acceperit virum honestis nuptiis , & postmodum discesserit a primo , & iunxerit se * adulterio , quæ hæc fecit excommunicationis sit.

* adultero,

XX.

Christianus qui fraudat debitum cuiuslibet , ritu gentilium , excommunicationis sit donec soluat debitum.

XXI.

Christianus cui dereliquerit aliquis & prouocat eum * inductum , & non in ecclesiam vt ibi examinetur causa , qui sic fecerit alienus sit.

* foris iudiciu,

XXII.

Si quis tradiderit filiam suam viro honestis nuptiis , & amauerit alium , & consentit filiæ suæ , & acceperit dotem , ambo ab ecclesia excludantur.

XXIII.

Si quis presbyterorum ecclesiam ædificauerit , non offerat antequam adducat suum pontificem , vt eam consecret , quia sic decet.

XXIV.

Si quis aduena ingressus fuerit plebem , non ante baptizet , neque offerat , nec consecret , nec ecclesiam ædificet , * nec permissionem accipiat ab episcopo : nam qui a gentibus sperat permissionem , alienus sit.

* foris quam

XXV.

Si quæ a religiosis hominibus donata fuerint ,